



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Ildephonsus EP. 23. Januarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

60 VITÆ SANCTORUM. 23. Ian.
& verò invidit postea, cum tam boni
prodigalitati æmulus est factus. Ve-
nienti obviam JOANNI sua è cali-
Sponsa processit cælestis aula cubicle-
rio comitata, manuque peramanter pre-
hensum ad DEI conspectum deduxit.
Ipse IOANNES nec mortuus sibi diffi-
milis, oleo, quod è tumulo suo dedit,
in miseros mitis esse perrexit. *Ex Suri-*
Nihil aliud, qui conversaris in sacro
lo, exigit à te Deus, quam ut mandata
illius custodias, proximum diligas, &
pauperibus alimoniam præbeas: Ergo
igitur inopiam patientibus, quod tibi præ-
stitum est, ut in celo recondas thesauri
imprædabiles. B. Laur. Justin. de com-
planct. Christ. perfect.

S. ILDEPHONSUS EP. 23. Ianuarij.

DEbemus hoc sidus (ILDEPHONSUM)
Hispaniæ, in quâ ortum ad nos us-
que (uti ferè solet virtus) radios trans-
misit. Juventam egit in Musarum fami-
liaritate, quibus propiriis magnam elo-
quentiæ laudem sibi comparavit. Ab
his in adyta sanctioris sapientiæ se pe-
netravit, sicutinuitque inter monachos
repuerascere grandis discipulus. Ab his
ad infulam Toletanam abstrahitur, tam
orbis quam cæli amor. Et hem tibi ejus
rei unum alterumve testimonium. Pre-
canti Angeli tumbam S. Leocadiæ reclu-
se-

24. Jan. VITÆ SANCTORUM. 6e
ferunt, & Diva ipsa flammeum suum ob-
tulit; unde ille abscissam partem unà cum
Regis Recceswindi cultro, & ipso tam
sancti velaminis tactu jam sancto, ar-
genteo inclusit. VIRGINEM MATREM
principe semper studio coluit, ejusque
SS. integritatem insigni volumine con-
tra hæreticos edito propugnatum ivit.
Nec gratis. ASSUMPTÆ siquidem in
cælos die, cum supplicabundus cum
suis templo proximus jam esset, Cæ-
litum manus fores pandit, & virgines
inter VIRGO MAXIMA in sede Pon-
tificali conspicua, eidem vestem mirifici
candoris donavit. Ea hodieque religiosè
affervata docet, quo filios suos Magna
Mater uti vestis, aut certè animi colore
cuperet. *Ex Surio.*

*Talis fuit Maria, ut unius vita om-
nium disciplina sit; Si igitur auctor non
displicet, opus probemus; ut quicumque
sibi ejus exoptat præmium, imitetur exem-
plum. S. Amb. de Virg.*

S. BABYLAS EP. M. 24. Januarij.

EUm ego triumphum laudo Divo-
rum, quem non soli ducunt in cæ-
lum, sed cui comes servata juvenus
ambulat. Talem hodie BABYLAS du-
xit. Fortè templo se Antiochiæ inferre
Decius properabat; cum adventanti BA-
BYLAS Antistes se objecit, & pro eâ, quâ
erat